Magiſtri Medinę, ꝙ cum ad huc non ſit authenticè promulgata, & intimata præallegata Sixti. 5. conſtitutio cõtra Simoniacos, neque eius confirmatio per Clementem. 8. nõ obligat in conſcientia, atq; ita priuilegia ordinum Mendicantium & Maremagnũ, quo eis conceditur per Sixtum. 4. Eugenium. 4. & Celeſtinum. 5. ꝙ ſemel in vita poſsint Generales & Prouinciales & quibus ipſi commiſſerint, abſoluere ſuos ſubditos ab omnibus, etiam Simoniæ prauitate qualitercũq; irretitos, & diſpenſationis beneficium, & gratiam impartiri. Hæc dicta ſufficiant pro abſalutione dubij de Simoniaco in ordinis ſuſceptione.

44 ¶ Quantum vero ad Simoniacum in Beneficij ſuſceptione, frater Emanuel in Explicatione Bullę. §. 13. num. 3. & in Additionibus, fo. 198. docet, Commiſſarium Generalẽ Cruciatę non poſſe diſpenſare in irregularitate contracta ratione huius delicti, & ꝙ licet Simoniacus in Beneficij ſuſceptione incurrat Excõmunicationis ſententiam, poſſe nihilominus ſemel in vita à Confeſſore idoneo abſolui, & iterum in mortis articulo intra tempus publicationis Cruciatæ.

¶ Pro